6 Sicut uulnerati dormientes pro
iecti in monumentis quorum non
est memor amplius et quidem ipsi de
7 manu tua expulsi sunt. Posuerunt
me in loco inferiori in tenebris et
8 in umbra mortis. In me confirma
ta est ira tua et omnes elationes
9 tuas super me induxisti. Longe
fecisti notos meos a me posuerunt
10 me in abominationem sibi. Tradi
tus sum et non egrediebar oculi mei
infirmati sunt prae inopia. Clama
ui ad te domine tota die expandi ma
11 nus meas ad te. Numquid mor
tuis facies mirabilia aut medici
resuscitabunt et confitebuntur
12 tibi. Numquid enarrauit ali
quis in sepulchro misericordi
am tuam et ueritatem tuam in perdi
13 tione. Numquid cognoscentur
in tenebris mirabilia tua. et ius
titia tua in terra obliuionis.